VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Seite 158r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

artificum. Et siquis sponte offert ipleat
manu suam hodie et offerat qd uoluit
dno. Polluti sunt itaq principes famili
ae et proceres tribuum israel tribuni quoq et
centuriones et principes possessionum regis.
dederuntq in opera domus dni aur talenta
quinq milia et solidos decem milia. ex his et argento
talenta decem et octo milia. ferri quoq centum
milia talentorum et apud quemcumq inuenti
sunt lapides. dederunt in thesaurum domus
dni per manus iehel gersonitis. letatusq
est populus cum uota sua sponte promiserent.
quia corde toto offerebant ea dno. Et
david rex letatus est gaudio magno et
benedixit dno coram uniuersa multitudine
et ait. Benedictus es dne deus israel pater
nr ab eterno in eternum. tua est dne magni
ficentia et potentia et gloria et victoria et
laus. cuncta enim que in celo sunt et que
in terra tua sunt. tuum dne regnum et tu es
sup omnes principes tue diuitie et tua e
gloria. tu dominaris omnium. in manu tua uirtus
et potentia. in manu tua magnitudo et
imperium omnium. Nunc igitur deus nr confitemur
tibi et laudamus nomen tuum inditum. quis ego et quis populus meus
quis ut possimus hec tibi uniuersa
promittere. tua enim sunt omnia et que de
manu tua accepimus dedimus tibi. Peregrini
enim sumus coram te et aduene. sicut omnes
patres nri. Dies nri sicut umbra super terra
et nulla est mora. Dne deus nr. omnis hec co
pia quam paruimus ut edificaret domum
nomini tuo. de manu tua est et tua sunt omnia
Scio dne deus meus quod probes corda et simpli
citate diligas. unde ego in simplicitate
cordis mei letus obtuli uniuersa hec et populum
tuum qui hic repertus est uidi cum ingenti
gaudio et offerre donaria. Dne deus abra
ham et ysaac et israel patrum nostrorum. custodi
in eternum hanc uoluntatem cordis eorum et sp
in uenerationem tui mentis ista permaneat. Sa
lomoni quoq filio meo da cor perfectum
ut custodiat mandata tua et testimonia
tua et ceremonias tuas et faciat uniuersa
et edificet edem cui impensas paraui. p
cepit autem david uniuerse ecclesie benedicere
dno deo nro. Et benedixit omnis ecclesia
dno deo patrum suorum et inclinauerunt
se et adorauerunt dm et deinde regem.
immolauiteq uictimas dno et obtulerunt
holocausta die sequenti. thaurus mille a
rietes mille. agnos mille cum libaminib
suis et uniuerso ritu habundantissime in
omnem israel et omnes comederunt et biberunt
coram dno deo in die illo cum grandi leti
cia et unxerunt secundo salomonem filium david
Unxerunt autem dno in principem et sadoch in
pontificem. sedit q salomon sup solium dni
rex pro david patre suo et cuncti pla
cuit et parui illi omnis israel. Et uniuersi
principes et potentes et cuncti filii regis
david dederunt manum et subiecti fuerunt
regi salomoni. Magnificauit eum dns salo
monem sup omnem israel et dedit illi gloriam
regni qualem nullus habuit ante eum rex
israel. Igitur david filius ysai regnauit sup
uniuersum israel et dies quibus regnauit super
israel fuerunt quadraginta anni. In he
bron regnauit septem annis et in ierusalem
triginta tribus et mortuus est in senectute
bona plenus diebus et diuitiis et gloria. reg
nauitq salomon filius eius pro eo. Gesta
autem david regis prora et nouissima scripta
sunt in libro samuhel uidentis et in
libro nathan prophete. atq in uolumine
gad uidentis. uniuersique regni eius fortitu
dinis et temporum que transierunt super eo.
siue in israel siue in cunctis regnis terrarum.

Paralipomenon secundus

Onfortatus e
t salon filius
david in regno
suo et dns erat
cum eo et magni
ficauit eum in
excelsum preq